Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ta est iniquitas sibi. Credo uidere bona do
mini: in terra uiuentium. Expecta dominum:
uiriliter age: et confortetur cor tuum et susti
nete dominum.

Ad te domine clamabo: deus meus ne sileas a me:
ne quando taceas a me: et assimula
bor descendentibus in lacum. Exaudi dñe
uocem deprecationis mee: dum oro ad te: dum
extollo manus meas ad templum sanctum tuum.
Ne simul tradas me cum peccatoribus: et cum
operantibus iniquitatem ne perdas me. Qui
loquuntur pacem cum proximo suo: mala au
tem in cordibus eorum. Da illis secdm opera
eorum: et secundum nequitiam adinuentio
num ipsorum. Secundum opera manuum eorum
tribue illis: redde retributionem eorum ipsis.
Quoniam non intellexerunt opera domi
ni: et in opera manuum eius: destrues eos:
et non edificabis illos. Benedictus dominus:
quoniam exaudiuit uocem deprecationis mee.